

# REGNUM MORTUORUM.

Nro. 74.

## *Politica Mortuorum Colloquia.*

*Elysiun-Meum.*-Die Veneris 27 Oct. 1809. (Neov 10 Oct 1809.)

Hic adeo altus, meritorum illustris Austriae  
acervus.

Quarta jam pace planescit!

### *Recordationes Meritorum.*

**I**ntra seriem arborum juxta sacram aedem  
in qua merita praeteritorum custodiuntur, ani-  
mi causa discurrebant manes, horasque cum  
politicorum sublunaris mundi adjunctorum  
argumento fallebant. Subito templi fores  
patuerunt, & nube atra discincta Dea pacis  
binos tractatus pacis Archivo politicae histo-  
riae inferebat. — Alter continebat pacem O-  
varinensem Galliam inter & Austriam, alter  
pacem Friderichamensem Russiae cum Svecia,  
uterque ramis olivae obvolutus renidebat, his  
conspicua narrabat alma Dea: Monarchiam  
Austriacam ex 17 annis quater bellum adver-  
sus Galliam gessit, saepe non sine gloria,  
nunquam vero absque Intortunio & gravi ja-  
ctura; — Primum bellum quinque duravit  
annis usque pacem in Campo Formio, quae  
impensa Belgii & Italiae redimebatur; duobus  
secundum, usque Tractatum Lunavillensem,  
medio tertium usque P. Poson. vix diutius no-  
vissimum gestum dici potest usque Ovarinensem

pacem. Oſto ergo ætates ſuffocare veſta-  
 potentia Austriadum a priſtinæ magnitudinis  
 ſaſtigio deſcendiendæ. Plures Coronæ, quæ  
 olim verticem nepotum Habſburgicorum or-  
 naverant, interiſſe, ipſum Imperiale diade-  
 ma — decem ſæculis fulgens, amplæ floren-  
 tes provinciæ, potentis Imperii aut annonæ  
 aut antemuralia avulſæ, poſtremæque vi-  
 res ad reſiduas provincias concentratæ.

Tum reſerabat ſerinia meritorum, & eo-  
 rum quæſitam; quibus Austria de Europa in-  
 claruit, in medium proferebat — Rudolphus  
 agebat, benignus pro Germania genius erat.  
 Hoc magno Auguſtæ domus conditore impe-  
 rante Germania Anarchiæ erepta, & tam ar-  
 mis, quam nuptiis filiarum: quas ipſis ſuis  
 hoſtibus deſponſaverat; quies Germaniæ pro-  
 curata.

Ejus nepotes ſermiter adoptatis ad hæſe-  
 re rationibus; aſquiſvero ditiones multas,  
 non armorum vi, verum ſvaviffimis conju-  
 galibus nexibus. Tu felix Austria nube! ada-  
 gium experientia ortum eſt. Carolus ille ma-  
 gnus, qui e veteri orbis historia notus, me-  
 liſſimi condendæ Universali Monarchiæ nun-  
 cium miſit, vanitatem universalis Coſoſſi,  
 humili cum anachoretæ vita permutavit! —

Quid Europam mansiſſet, ſi domus Au-  
 ſtriaca continuo & perpetuo Ottomannos bel-  
 lo non impetiſſet? — Salutaris Chriſti do-  
 & trina barbaro Muhamedano ſato cedere de-  
 buiſſet, eccleſiæ noſtræ ſana Turcica, arces  
 noſtræ innumera gynecoſa eſſent, — tota Eu-  
 ropæ periclitabatur.

Princus & Secundus Josephus excelsi fuerant spiritus, benigna foventes concilia, at ambo prius crudelibus occubuerunt unbris, quam ea effectui dedissent. — Quantæ opes cum iis tumulo illata! nec memio esse licet.

Ipse Franciscus hodie regnans Imperator Austriae sua perseverantia Europam a diro cuncta depascente Jacobinismo liberavit. Ille erat: qui adversus hanc omnia devorantem regiminis formam usque perstitit, exercitus suos usque in acie conservavit, quo eximius vir temporis haberet satis, veniendi ad centicipitem hydram perimendam. Ab omnibus, quos idem sua inter esse sensit oportebat, desertus — solus duræ luctæ implicatus, elegantissimas provincias immolabat, ut furentibus tempus solum daret, perversa molimina sua perspiciendi, usque melioris pro salute aliorum edoceri, atque excelsus soter maturescere & exspectari valeat. Si Franciscus tempore revolutionis arena ut alii decessisset, si anteriores ditiones ultro, quemadmodum alii factitarent cessisset, si cum ea de aliqua compensatione transegisset, tum profecto nullus agger ardenti ira furori positus, imo nec luci editus fuisset, fortassis portentum ille, qui omnibus salutem tulit, forsitan ab amentibus remotus, aut ei parcitum non fuisset; multi Status in disam Anarchiam acti, & eventa secuta fuissent, quorum nequit rationibus comprehendi effectus. — Sane insignia hæc sunt Austriae de Europa merita.

Svecla perinde conspicua de Europa ceaset merita. — Roma occidente, Attilaque depopulante, gentes ex borea advenerunt suasque occupationes ad ultimam usque Hesperiam protulerunt; res mira satis: annalistas nostros torrentem hunc barbarorum ex Scandinavia repeterere. Sequente ævo Gustavus Adolphus, religiosa opinione, quæ Christiano orbi novam formam indidit, dimicaverat, et quidem emolumentum omni experte ratione, omni crescendi politicæ oblitus, quem latet heroica Caroli XII virtus? — Si reges Suecorum in vicem pugnandi pro religiosa opinione in Germania 30 annis, Moscovitas restringere adlaborassent, næ non ibodie adacti fuissent Finnia decedere.

Reapse pax Russiam inter & Sveciam die 17. Sept. Fridericohami confecta est; vigore cujus Finnia usque flumen Torne cum urbe Tornea Russis transcribitur portus quoque Svecici in mari Baltico Anglis præcludendi, hoc tamen ita intelligendum: portus Svecicos bellicis solum navibus Anglicis præclusum iri, nihilominus patent commercialibus salem, & coloniales merces adferentibus. ordinatio hæc adjunctis portuum accommodata est: portus Svecici anteriore parte mari patentes sunt. Si Svecia hostiliter adversus Anglos agere vellet, periculo portus suos furori Anglico exponendi subesset.

Interim Svecia foederata Angliæ esse desinit. Anglica proin maritima dominatio postremum etiam in continente amicam ammittit.

tit, in ea hispanica solum Junta ei foederata est; — a. quamdiu? — paullo post ejus in Europam auctoritas plene proscribetur. —

Porro in Elysijs legebantur publicæ paginæ seqv. argumenti:

*Parisiis 4. Octob.* Heri utpote 3. h. m. Serenissimus Princeps Imperii Cancellarius jussu Imperatoris & regis Senatui adiit; eidem considerenti præfaturus. — Posteaquam Serenissima Dominatio more receptis ceremoniis excepta fuisset, sedemque cepisset, his verbis usa:

„Mei Domini! Nunclum Imperatoris, quod mox prælegi audietis, nova Senatui documenta præbet, munificentiæ, qua Majestas sua momentosa servitia perspicere gaudet. Ser. Princeps Neocomensis Vice. Connetabilis, Princeps Wagramensis, Mareschallus Auerstadenensis Princeps Ekmühls, & Maresch. de Monte rivulorum Princeps Eszlingæ creati sunt. Hæreditarii hi tituli conspicuis prædiis, quæ Imperator ab honoraria legione acquisivit, nituntur, denominatio novorum principatum memoriam refricat victoriarum, in quibus alacritas nominatorum principum Suae Maj. ingenium adjutum ibat.”

„Felici hoc nexu præmium, quo Imperator personæ meritum adfcit, monumentum gloriæ nationalis quoque efficitur. Senatus tanta cum voluptate hæc sibi referri audie, quanta adfcior jussa Cæs. & regis Maj. et communicando. „Finito hoc sermone legi:

Secretarius, D. a Semonville nuncium suæ  
Maj. seqv. tenoris:

„Excerpta Protocolli Consilii Status: Sen-  
natores! E re duximus splendidis remunera-  
tionibus merita probare, quæ præcipuis no-  
vissimis bellicis expeditionibus Cognati nostri  
Princeps Neocomensis Mareschalli Princeps  
Auerstad. & Rivulorum præsterunt. Præ-  
terea existimabamus decus fore omnino: ut  
subditis nostris honorifica memoria grandium  
eventorum, in quibus exercitus nostri singu-  
laria fortitudinis, & propensionis argumenta  
edidit, conservetur, quodque omne, quod  
eam posteris commendare valet, gloriæ &  
rationibus Coronæ nostræ congruat. Qua-  
propter acquisitam per honorariam legionem  
cum omnibus eo pertinentibus sylvis & ac-  
cessoriis arcem Chambord Principatus titulo  
insignivimus, ut a Cognato nostro Principe  
Neocom. sub conditionibus & Clausulis pos-  
sideatur sub nomine Principatus Wagramen.  
quæ litteris patentibus expressæ; quas Cognato  
nostro Principi Imperii Archi Cancellario per  
Cancellariam Sigilli titulo collationis expedi-  
re præcipimus; porro sub nomine Principa-  
tus Eckmühle arcem ab honoraria itidem le-  
gione cum eo spectantibus domaniis acquisi-  
tam Brühl dignitate principatus exornavimus,  
ut eam cognatus noster Mareschallus Auer-  
stad. & ejus posterum cum Clausulis & conditio-  
nibus possideat, quæ in expediendis ei pari-  
ter patentibus litteris expressæ reperiuntur.  
Eodem tempore sub nomine Principatus Eiz-

lingen. Ab honoraria æque legione cum sua  
 hodie eo pertinentibus partibus arcem Thou-  
 ars Principatus nomine decoravimus, ut eam  
 cognatus noster Maresch. de monte Rivolo-  
 rum & posteris ejus sub, in expediendis ei-  
 dem litteris expressis, Clausulis & conditioni-  
 bus possideat. — Eas rationes inivimus, ut  
 domania memoratorum principatum ea ra-  
 tione auquantur, qua denominati principes &  
 eorum posteris collatum a nobis titulum cum  
 dignitate sustinere valeant, & quidem vigo-  
 re factarum a nobis dispositionum. Intentio  
 nostra, quemadmodum diplomate edito de-  
 claratur, est: ut principatus, quos in favo-  
 rem supra memoratorum principum condidi-  
 mus, iis non alias prerogativas tribuant, quam  
 quibus duces fruuntur, inter quos a die Col-  
 lationis titularum factæ locum adepturi sunt.  
 Datum in Cæsareis castris Bellefonte 15. Aug.  
 1809. *subscr. Napoleon.* per Imperatorem. Mi-  
 nister Status Secretarius *subscr. H. B. Maret.*

Ser. Porro A. Cancellarius Imperii ex-  
 pedita diplomata Collationum a Sua Maje-  
 state proprio motu factarum prælegi cura-  
 vit, votumque edidit: se vigore Art. 22. II.  
 Statuti de 1. Maji 1808 diplomata, quorum  
 expeditionem Imperator ei demandarat, ut-  
 primum a Maj. subscripta fuerint, Senatui  
 propositurum. (Monit.)

Die 16. hujus vidua Domina Dux Saxo-  
 Gothæ ex Italia per Turinam ad interiorem  
 Galliam profecta est.

*Berolius 4. Octob.* M. Cancellarius ab omnibus Juris amantibus adamat, die 10. Regimento isthuc adpulit. Sermo fertur de notabilibus in re judiciaria mutationibus, quæ si acciderint, sub tale M. Cancellario fini convenientem locum haberent. Repentina a munere amotio Juris Affloris C—g animos isthuc perculit; quo princeps motivum ad eam defectus moralis characteris quæri debeat. Ecce defectus præcipuæ in homine dotis *publico officiali* vitio non veteretur, ei cumprimis, qui legum peritus ad eas custodiendas operam conferre obligatur?

Ob defectum parati æris erogationes remorantem urbs nostra hac hyeme non colustrabitur. — Si uspiam Asscuratio Cervicum erigeretur, Berolinenses nostri incunctanter ei subscriberent.

Institutum hujas occupationum sub auxilium M. Aug. numerabat 939 operas.

*Londino die 28. Sept.* Perhibetur a rege absentes Ill. Grenville, & Howik (Grey) advocatos esse, ut eos occasione novæ secretioris Conclavis restaurationis consulat. Ad usque communis fert rumor: 7. de hodierno ministerio muneri suo immansuros, residuos ex factione oppositionali deligendos.

---